



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Prosperi Aquitanici Chronicon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

PROSPERI AQUITANICI CHRONICON.



Uc usq; Hieronymus presbyter ordinem pcedentium digessit annorum, nos quæ sunt adijcere curauimus. Igitur Valente athis in Thracia coneremato, Gratianus cfratre Valentiniano XLI. regnauit annis VI.

Cusonio & Olybrio Coss. Gratianus post mortem patris Theodosij Theodosium filium in consortium assumit perij, & ei regnum tradidit Orientis. Theodosius summa felicitate multis atq; ingentibus prælijs Gothos superat è Thracia pellit. Longobardi ab extremis Germaniaribus, Oceaniq; protinus littore, Scandiaque insula magna multitudine egressi & nouarum sedium auidi, Iborea & Scythione ducibus, Vandalos primùm vicerunt. Sempronius apprimè eruditus agnoscitur. Ea tempestate Priscianus episcopus de Galatia ex Manichæorum & Gnosticonum dogmate hæresim nominis sui condidit.

*al. Priscillianus.

Gratiano V. & Theodosio Coss. Pro catholica fide multis sublimiter Ambrosius scribit. Theodosius cum Thessalonica ægrotaret à Basilio eiusdem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit. Procurante Gratiano, eò quòd Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis. Synodus Patrum CLXXX. apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem.

*al. Syagrio & Eucherio.

Euagrio & Eleutherio Coss. Martinus Episcopus Thronorum Galliarum ciuitatis multis clarus habetur. Gregorius

rius Nazianzenus vir sua ætate eloquentissimus & Hieronymi præceptor obiit.

Antonio & Syagrio Coss. Athanaricus Rex Gothorum apud Constantinopolim XV. quo fuerat susceptus die* occiditur.

Merobaudes II. & Saturnino Coss. Arcadius Theodosij Imperatoris filius Augustus appellatur. Petronius Bononiensis Episcopus vir studijs & sanctitate clarus moritur.

** Ricimere & Clearcho Coss.* Honorius Theodosij filius nascitur. Romanæ Ecclesiæ post Damasum* Ursinus XXXVI. præfuit. In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus, quo mox ad Gallias transferente se, Gratianus Parisijs Merobaudis magistri militum proditione superatus, & fugiens Lugduni captus atque occisus est, Maximus victorem filium suum Cæsarem consortem regni facit, Valentinianus cum Theodosio XLII. Romanorum regnavit annis. VII.

Arcadio & Bautone Coss. Hoc tempore Hieron. presbyter toto iam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio, & studio vniuersali Ecclesiæ seruiens. Priscillianus in synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, auditusque Treuiris ab Euodio præfeto prætorio, à Maximo gladio addictus est cum Eucrocia Delphidij Rhetoris coniuge, & Latroniano alijsque erroris consortibus.

Honorio N.P. & Euodio Coss. Burdegalæ quædam Priscilliani discipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

Valentiniano III. & Eutropio Coss.

Theodosio II. & Cynegio Coss. Maximus tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, sistitur, & capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste interfectus in Gallijs.

Timasio

*al. Euagrio.
* lego: occidit,
vel: obyr. teste
Marcellino,
Ammiano lib.
27. Zosimo lib.
4. Themistio.
orat. 6. Oroso
lib 7. c. 24. Cas-
siodoro & alijs.
al. Nicomede.
al. Syricum.*

REGAN
SII
um, um,
SIV
24

Timasio & Promoto Coss. Ithacius & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerant, Ecclesie communionem priuantur. Longobardi eorum ducibus fundis, primum sibi regem creauerunt Algelmundum ionis filium, qui regnavit annis xxxiii.

** al. Neheorio. Valentiniano IV. & * Neoterio Coss.* Signum in caelo quasi columna pendens ardensque per dies xxx. apparuit. Theodosius venerabile Ioannis Baptistae caput ex vicocastri Constantino politim deportans septimo ab urbe lapidibus Basilica, quam magno sumptu in eius honorem erectam recondit.

Tiriano & Symmacho Coss. Eugenius favore Arbogasti imperium sibi et usurpavit.

Arcadio II. & Rufino Coss. Valentinianus ad vitae fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus laqueo apud Viennam periit. Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallis imperare facit. Theodosius XLIII. Romanorum, cum iam per XIV. regnaret annos, regnavit cum Arcadio & Honorio filiis annis III.

Theodosio III. & Habundantio Coss. Honorium patrem eius Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Caesarem fecerat, principem constituit, XVII. ab urbe Martiano, cum hora tertia tenebrae factae sunt.

Arcadio III. & Honorio II. Coss. Ioannes monachus antiochoreta clarus habetur, qui ornatius prophetiae gratia Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduersus Eugenium mouebat, victorem futurum praedixit.

Olybrio & Probino Coss. Theodosius Eugenium vincit et perimit. Augustinus beati Ambrosij discipulus multa simplicitate doctrinaque excellens Hippone regione Africae Episcopus ordinatur. Hoc tempore Claudianus poeta innotuit.

tuit. Theodosius Imperator Mediolani moritur. Arcadius XLIII. Romanorum, cum iam regnasset annis XII. regnat cum fratre Honorio annos XIII.

Arcadio & Honorio Coss. Terræ motus per dies plurimos fuit, cælumq; ardere visum est. Orosius Hispanus presbyter vir eloquens & Historiarum cognitor claret.

Casario & Aëico Coss. Flacilla nata est Arcadio filia, Eua- grius incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris literis eruditus apud Ægyptios habetur insignis.

* *Mallio Theodoro Coss.* Cum hoc consularum inierat Eutropius eunuchus, qui mox honore & vita exutus est.

* al. vitiose
Mallio &
Theodoro.

Honorio IV & Eurychiano Coss. Anastasius XXXVII. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet annos III. dies XX I.

Stilicone & Aureliano Coss. Gothi Italiam Halarico & Rhadagaiso ducibus ingressi.

Vincenio & Franitza Coss. Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur, sed utrumq; obscuravit discordia, quæ eorumque processit, ut Ioannes à Theophilo oppressus Pontum exilio pergere cogeretur; cum tamen communionem eius maxima pars eorum Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta, seruauerit.

Arcadio V & Honorio V Coss. Aduersus Gothos vehementer utriusq; potentiæ partis clade pugnatum est. Innocentius XXXVIII. Romanæ Ecclesiæ præest Episcopus annis XV. mensibus II. diebus XXI.

*Theodosio Augusto & * Rumorido Coss.* Eudoxiæ Arcadij, * al. Rimeridio

vxoris statua super porphyreticam columnam posita est

Honorio VII. & Aristeneto Coss. Eudoxia vxor Arcadij diem clausit.

Stilicone II. & Anthemio Coss. Rhadagaisus in Thuscia multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stili-

S. conc,

CCCLXV
SII
CCCLXX
SIV
24

conc, superatus & captus est.

Arcadio VI. & Probo Coss. Vandali & Alani Gallias, iecto Rheno, pridie Kal. Ianuarias ingressi.

Honorio VII. & Theodosio II. Coss. Constantinus eximia militia ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.

Basso & Philippo Coss. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur. Honorius cū Theodosio fratris filio Romanorum regnavit annis XVI.

Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. Vandali Hispaniam occupaverunt. Attilus Romæ Imperator factus, qui priuatus regno Gothis cessit.

* al. vitiōse Fl.
Varrone &
Tertullo Con-
sulibus.

* *Flauio Varrone Consule.* Roma orbis quondam victa à Gothis Halarico duce capta, & ob hoc solus fuit Orientis partium consul, quod in sequenti anno obseruatum.

Theodosij Augusti IIII. consulatu. Constantinus per Hispaniam duces Conitantium, & Vifulam apud Arelatensem oppidum victus & captus est, cuius filium Constantem in Hispania regnare orsum Gerontius comes, in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat.

Honorio IX. & Theodosio V. Coss. Maximo in Hispania regno ablato, vita est concessa; eò quòd modestia humilitate affectati imperij inuidiam non merebatur. Gothi regnum Athaulpho Gallias ingressi. Eodem tempore Heros victus & B. Martini discipulus cum Arelatenſi oppido episcopus præſideret, à populo ipsius ciuitatis inſons, & multis inſimulationibus noxius pulsus est, inque eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantij magistri militum, cuius per ipsum gratia quærebatur, eaque inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit.

* al. Lucio.

* *Luciano viro clarissimo consule.* Huius collega in consule

latu fuit Heraclianus, qui nouarum in Africa rerum reus & honorem amisit & vitam. Burgundiones partē Galliaz propinquantem Rheno obtinuerunt. Iouius & Sebastianus fratres in Galliis regno accepto interempti. Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiā Christi Caelestino & Iuliano adiutorib. exeruit, multosq; in suum trahit errorem, praedicans vnumquemque ad iustitiam voluntate propria regi, tantumq; accipere gratiae quantum meruit: quia Adā peccatum ipsum solum laeserit, nec posteris eius obstrinxerit. Vnde & volentibus possibile sit omni carere peccato, omnesque paruulos tam infantes nati, quam primus homo ante prauaricationem fuit, & ideo baptizandos, non vt peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.

Constantino vero Consule. Attalus Gothorum consilio & praesidio tyrannidem resumit in Galliis.

Honorio X. & Theodosio VI. Coss. Attalus à Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & praesidio carens capitur, & Constantio Patricio viuis offertur. Athaulphus à quodam suorum vulneratus interit, regnumq; eius Vuallia patris, qui idem cupere intelligebatur, inuasit.

Theodosio VII. & Palladio Coss. Placidiam Theodosij Imperatoris filiam, quam Romae Gothi ceperant, quamque Athaulphus coniugem habuerat, Vuallia pacem Honorij expetens reddidit, eiusque nuptias Constantius promeretur. *Zosimus xxxix.* Romanae Ecclesiae Episcopatum suscipit, anno vno, mensibus ix. diebus viii. Quo tempore Pelagius iam à Pontifice Innocentio praedamnatus, et Afrorum vigore & maxime Augustini Episcopi seientia resistebatur.

Honorio XI. & Constantio II. Coss. Honorius triumphans Romam ingreditur, praeeunte currū eius Attalo, quem Lyparae viuere exulem iussit.

S z

Hono-

CCCLXV
SII
omg. 1729
SIV
24

* al. à Pontifi-
ce Zosimo s. d.
sunt perlata.

Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. Hoc tempore Constantius seruus Christi ex vicario Romæ habitans, & gratia Dei Pelagianis resistens, factione eorum, multatulus, quæ illum sanctis Confessoribus sociauerunt, Constantio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum Pontificem Zosimum Synodalia decreta perlata, quæ probatis per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantij & Placidia filius nascitur, nonas Iulias. Bonifacius XI. Romæ Episcopatum regit annis tribus mensibus IX.

Maximo & Plinta Coss. Constantius pacem firmat in Vallia, data ei ad habitandum Aquitania, & quibusdam ciuitatibus confinium prouinciarum.

Theodosio VIII. & Constantio III. Coss. Constantius Honorio in consortium regni assumitur. Hieronymus sbyter moritur anno ætatis suæ XCII. pridie Kalendas Octobris.

Agricola & Eustathio Coss. Constantius imperator moritur.

Honorio XIII & Theodosio X. Coss. Hoc tempore Constantius ad Hispanias contra Vandalos missus est, cuius Constantinus dux fuit, qui Bonifacium virum bellicis artibus præclarum inepto & iniurioso imperio ab expeditionis suæ securitate auertit; nam ille periculosum sibi atque indignum se sequi quem discordem superbientemque expertus est, celeriter se ad portum vrbs, atque inde ad Africam profugit, idque reipublicæ multorum laborum initium fuit.

Mariniano & Asclepiodoro Coss. Placidia Augusta à Constantio Honorio pulsa ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filijs proficiscitur. Cælestinus XII. Romanæ Ecclesiæ præsidet Episcopus annis. IX. Longobardorum rex regit Lamissus meretricis filius annis III. Honorius moritur.

& regnum eius Ioannes occupat, conuiente, vt putatur
Castino, qui exercitui magister militum præfuit. Theodo-
sius XLVI. Romanorum regnauit an. xxx.

Castino & Victore Coss. Theodosius Valentinianum ami-
cæ suæ filium Cæsarem facit, & cum Augusta matre sua ad
recipiendum occidentale mittit imperium: quo tempore
Ioannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello
reposit, ad defensionem sui infirmior factus est.

Theodosio XI. & Valentiniano Coss. Placidia Augusta, &
Valentinianus Cæsar mira felicitate Ioannem tyrannum
opprimunt, & regnum victores recipiunt, data venia Aë-
tio, quod Hunni, quos per ipsū Ioannes acciuerat, eiusdem
studio ad propria reuersi sunt. Castinus autem in exilium
actus est, quia videbatur, Ioannem sine Comitua regnum
non potuisse assumere. Valentinianus decreto Theodosij
Augustus appellatur. Archillas nobile oppidum Galliarum
à Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aë-
tio non impuniti discederent.

Theodosio XII. & Valentiniano II. Coss. Patroclus Arelatē-
sis Episcopus à tribuno quodam barbaro multis vulnerib⁹
laniatus occiditur, quod facinus ad occultam iussionē Fe-
licis magistri militum referebatur, cuius impulsu traditur
etiam Titus diaconus vir sanctus Romæ pecunias pauperi-
bus distribuens interfectus.

** Hierio & Ardabure Coss.* Bonifacio, cuius potētia glo-
riaq; in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui
ad Italiam venire * annuerat, publico nomine illatū est, du-
cibus Mauortio & Galbione, & Sinoce, cuius prodicione
Mauortius & Galbio, cum Bonifacium obsiderent, inter-
empti sunt: moxq; ipse à Bonifacio dolo detectus, occisus
est. Exinde gentibus, quæ nauibus uti nesciebant, dum à
concertantibus in auxilium vocantur, mare peruium fa-

S. 3. *al. Hierone*
** m. f. abnue.*
bat.

OGANV
SII
omg am,
SIV
24

atum est, bellique contra Bonifacium cepti in Sigisultra
Comitem cura translata est. Gens Vandalorum ab Heli-
nis ad Africam transit.

Felice & Tauro Coss. Nestorius Constantinopolitanus
Episcopus nouum Ecclesiis molitur errorem inducere, pro-
dicans Christum ex Maria hominem tantum, & non Deum
natum; eius diuinitatem collatam esse pro merito. Hoc
impietati precipua Cyrilli Alexandriani Episcopi indultum
& Papae Caelestini repugnat auctoritas. Pars Galliarum pro-
pinqua Rheno, quam Franci possidendam occupauerant
Aetij Comitis armis recepta.

Florentio & Dionysio Coss. Felice ad patriciam dignita-
tem promotus, Aetius, magister militum factus est, ex opo-
cola. Pelagianus, Seueriani Pelagiani Episcopi filius, Ec-
clesiam Hyberniae dogmatis sui infimulatione corruptis
actione Palladij diaconi Papa Caelestinus Germanum An-
tistodorensem Episcopum vice sua mittit, ut deturbet
Haereticos Britannos ad Catholicam fidem dirigat.

Theodosio XIII. & Valentiniano III. Coss. Aetius Felice
cum vxore sua Padusia, Egrumitium diaconum eos in
fidiari cum praesensisset, interemit. Augustinus Episcopus
per omnia excellentissimus moritur v. Kalendas Septem-
bris, libris Iuliani inter impetum obsidentium Vanda-
rum in ipso dierum suorum sine respondens, & gloriosius
defensione Christianae gratiae persequens.

Basso & Antiocho Coss. Congregata apud Ephesum pla-
ducentorum synodo sacerdotum Nestorius cum haereticis
nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum
dogma iuuabant, damnatur. Ad Scotos in Christum
credentes ordinatur a Papa Caelestino Palladius & primus
Episcopus mittitur.

Aetio & Valerio Coss. Romanae Ecclesiae XLII. praefici-
tur Episcopus Sixtus.

Totius orbis pace & confessione mirabili Bonifacius ad Italiam peruenit in urbem, accepta magistrum militum dignitate, qui cum sibi resistentem Aetium praelio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aetius vero cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique cum quidam inimicus eius repentino eum incursum opprimere tentasset, profugus ad urbem atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunnos peruenit, quorum amicitia auxilioque usus pacem principum Aetius interpellata potestatis obtinuit.

Theodosio XIII. & Maximo Coss. Maxima urbis regia pars septentrionalis per tres dies continuo incensa collapsaque est, mense Augusto. Ioannes monachus cognomento Cassianus Massiliae insignis & facundus scriptor habetur.

Aspare & Areobinda Coss.

Theodosio XV. & Valentiniانو IIII. Coss. Pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per triennium a loco Africae portione Hippone. III. Idus Februarij. Eodem tempore Gundacarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius bello obruit pacemque ei supplicanti dedit, quam non diu potitus est: Siquidem illum Hunni cum populo suo atque stirpe deleuerunt.

Isidoro & Senatore Coss. Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia sedibus vicinis suis occupant; Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Littorium Comitē, ab utroque periculo liberatum est. Siquidem per singulos equites binis tritici modis aduectis strenuissime & hostes in fugam vertit, & ciuitatem annona impleuit.

Aetio II. & Sigisualco Coss. Bellum aduersus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur. Geisericus Rex Vandalorum intra habitationis suae limites volens Catholicam fidem

Arri-

CCCLX
SII
um, um,
SIV
24

Arriana impietate subuertere, quosdam nostrorum
 scoporum eatenus persecutus est, ut eos priuato iure bo-
 licarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum
 constantia nullis superbissimi Regis terroribus cedere.
 Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Co-
 stantinopolim proficiscitur, filiamque eius in matrimonio
 accipit. Eodem anno piraticam barbarorum federato-
 desertores exercuerunt. Per idem tempus quatuor His-
 ni viri Arcadius, Probus, Paschasius, & Euty chius dudum
 pud Geisericum merito sapientiae & fidelis obsequij
 habebatur, quos Rex ut copulatiores sibi faceret, in Ar-
 nam sectam transire praecipit. At illi facinus constantillimè
 respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primùm
 scripti, deinde in exiliū acti, tum atrocissimis cruciatibus
 pluri, ad postremum diuersis mortibus interempti, illius
 martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus no-
 ter Paschasij & Euty chij, pro elegātia formae atque ingenij
 modum Regi acceptus, à professione atque amore Catho-
 cae fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus
 sus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo, ut
 paret interfectus, ne superata sauitia impij Regis etiam
 aetas gloriaretur.

Theodosio XVI. & Fausto Coss. Hoc quoque anno inde
 pirata multas insulas, sed praecipuè Siciliam vastauere. Au-
 uersum Gothos in Gallia quaedam prosperè gesta.

Theodosio XVII. & Festo Coss. Littorius, qui secundae ab-
 tio patricio potestati Hunnis auxiliantibus praerant, dum
 Aëtij gloriam superare appetit, dumque haruspicum
 sponis & daemorum significationibus fidit, pugnam cum
 Gothis imprudenter conseruit; fecitque intelligi, quantum
 illa eorum quae periit, manus prodesse potuerit, si potius
 bus consiliis quam sua temeritate uti maluisset, quando

ram ipse hostibus cladem intulit, vt nisi inconsideranter
 prælians captiuitatem incidisset, dubitandum foret, cui
 potius parti victoria adscriberetur. Hac tempestate Iulia-
 nus Athelenensis iactantissimus Pelagiani erroris assertor,
 quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido exa-
 gitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem præfe-
 rens molitus in communionem Ecclesiæ irrepere: sed his
 insidiis Sixtus Papa diaconi Leonis hortatu vigilanter oc-
 currens nullum aditum pestiferis conatibus patere permi-
 sit; & ita omnes Catholicos defectione fallacis bestia gau-
 dere fecit, quasi tunc primùm superbissimam hæresim A-
 postolicus gladius dextruncasset. Per idem tempus Vitricus
 reipublicæ nostræ fidelis multis documentis bellicis clarus
 habetur. Pax cum Gothis facta, cum eam post aneipitis
 pugne lachrymabile experimentum humiliter quam vnquam
 ante poposcissent. Aëtio rebus quæ in Galliis componebã-
 tur intento, Geisericus, de cuius amicitia nihil metuebatur,
 xiiii. Kalendas Nouembris Carthaginem dolo pacis in-
 uadit, omnesque opes eius, excruciatu diuerso tormento-
 rum genere ciuibus, in ius suum vertit, nec ab Ecclesiarum
 despoliatione abstinens, quas & sacris vasibus exinanitas, &
 sacerdotum administratione priuatas nõ iam diuini cultus
 loca, sed suorum iussit esse habitacula. In vniuersum ca-
 ptiuum populi ordinem sæuus, sed præcipuè nobilitati & reli-
 gioni infensus; vt non discerneret, hominibus magis an
 Deo bellum intulisset. Carthago à Vandalis capta anno
 postquam Romana esse cœperat, dxxcv. aliàs dxxciii.

Valentiniano. V. Augusto, & Anatholio Coss. Defuncto
 Sixto Episcopo, xl. amplius diebus Romana Ecclesia sine
 Antistite fuit, mirabili pace, atque patientia aduentum
 Diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aërium &
 Albinum amicitia redintegrata Gallia detinebant: qua-

T fideo.

REGAN
 SII
 um, im,
 SIV
 24

si ideo longus esset aduentus, vt electi meritum, & eligentium iudicium probaretur. Igitur Leo diaconus legatione publica accitus, & gaudenti patriæ presentatus, xiiii. Kalendas Ianuariæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur. Geisericus Siciliam grauiter affligens, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem reuertens ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritiam capiendæ Carthagini incubuisset. Verum ille amicum magis quam hostem videri volens, diuersa omnia apud barbaros, quam præsumperat reperit, eaque spes causæ maxima & calamitatis & infelicitatis mortis fuit.

* al. Ariouinda
& Ausila.

Cyro consule. Theodosius Imperator bellum contra Vandalos mouet, * Arcobinda & Anaxilla atque Germano ducibus, cum magna classe directis, qui longis curationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri quam Africæ præsidio fuerunt.

* al. Leudoxa.

*Dioscoro & * Endoxio Coss.* Hunnis Thraciam & Italia cum saua depopulatione vastantibus exercitus, qui in Italia morabatur, ad defensionem orientalium partium reuertitur. Cum Geisericum autem ab Augusto Valentiniano confirmata, & certis spaciis Africa inter vtrumque diuisa. In Geisericum apud suos de successu rerum superbiens quidam optimates ipsius conspirauerunt: sed molitione detecta multis ab eo suppliciis excruciatu atque extincti sunt. Cumque idem audendum etiam aliis videretur, multisque suspicio exitio fuit, vt hac sui cura plus virium perdidit quam si bello superaretur.

* al. Paserio.

*Maximo II. & * Paserio Coss.* Hoc tempore plures Manichæos intra urbem latere diligentia Papæ Leonis notuit, quos de secretis suis erutos & oculis totius Ecclesiæ publicatos omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & prodere, incensis eorum Codicibus, quorum magis

moles fuerant intercepta. Quae cura viro sancto diuinitus, vt apparuit, inspirata non solum Romanae vrbi, sed etiam vniuerso orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in vrbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, quiue presbyteri, in quibus prouinciis vel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multique Orientalium partium sacerdotes industriam Apostolici Rectoris imitati sunt.

Theodosio XVIII. & Albino Coss. Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem suum perimit, eiusque populos sibi parere compellit.

Valentiniano VI. & Nonio Coss.

PROSPERI AQUITANI-
CI FINIS.



T. CHRO.

CCCLXV
SII
omg. m.
SIV
24